



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis
Eivsdem In tres Tomos distinctis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

7. Vtrum requirantur determinata verba.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

In responsione ad secundum peripice, quod in sacramentis res & uerba coeunt in unum signum: quia constitunt unum sacramentum: quod non nisi signum unum est. Vnde, proprie loquendo, ablutio in aqua in baptismo non est unum signum, & uerba sunt aliud signum, ut tanquam ex duobus partialibus signis fiat unum totale signum: ut in applicatione aquae, quae indeterminata est, ad significandam spiritum sanctum ablutioem, uel spiritum claritatem, aut simpliciter, aut aliquid huiusmodi ex connectione ad uerba ablutentis, determinatur ad significandum spiritum ablutioem quod non sunt duae relationes signi in aqua & uerbis: sed una tantum relatio signi est in hoc composito ex rebus & uerbis, ut sunt determinabile & determinatio in ratione significandi unum spiritum effectum: sunt enim haec, ut in sacra subtiliter traditur, & declaratur in tertia ratione in corpore articuli, uelut materia & forma in genere signi: non quod relatio talis signi sit composita ex materia & forma: sed quia relatio talis signi non ad aliquid composito ex talibus determinabilibus & determinantibus, quae sunt uelut materia & forma.

hoc per uerba, magis distincte possumus exprimeret, quod mente concipimus: & ideo ad perfectionem significationis sacramentalis, necesse fuit ut significatio rerum sensibilium, per aliqua uerba determinaretur: aqua enim significare potest & ablutioem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem: sed cum dicitur, Ego te baptizo, manifestatur quod aqua utimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod res uisibiles sacramentorum dicuntur uerba, per quandam similitudinem, in quantum scilicet participant quandam uim significandi; quae principaliter est in ipsis uerbis, ut dictum est: & ideo non est superflua ingeminatio uerborum, cum in sacramentis, rebus uisibilibus uerba adduntur: quia unum eorum determinatur per aliud, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod quamuis uerba & res sensibiles sunt in diuerso genere, quantum pertinet ad naturam rei: conueniunt tamen in ratione significandi, quae perfectus est in uerbis, quam in alijs rebus: & ideo ex uerbis & rebus fit quodam

modum unum in sacramentis, sicut ex forma & materia, in quantum scilicet per uerba perficitur significatio rerum, ut dictum est: * sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi, & in rebus.

AD TERTIUM dicendum, quod, sicut August. * dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei praesentis, & alia rei futurae. Sacramenta autem ueteris legis, praenuntia erant Christi uenturi: & ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouae legis, quae ab ipso Christo effluunt, & quamdam similitudinem ipsius in se habent, ut dictum est. * Utebantur tamen in ueteri lege aliquibus uerbis, in his, quae ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum illorum ministri, secundum illud Num. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi dominus &c.) quam etiam illi, qui illis sacramentis utebantur, secundum illud Deut. 26. Profitor coram domino Deo tuo &c.

AD TERTIUM dicendum, quod, sicut dicitur, * in sacramentis uerba se habent per modum formae, res autem sensibiles per modum

modo unum in sacramentis, sicut ex forma & materia, in quantum scilicet per uerba perficitur significatio rerum, ut dictum est: * sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles, puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi, & in rebus.

AD TERTIUM dicendum, quod, sicut August. * dicit contra Faustum, alia debent esse sacramenta rei praesentis, & alia rei futurae. Sacramenta autem ueteris legis, praenuntia erant Christi uenturi: & ideo non ita expresse significabant Christum, sicut sacramenta nouae legis, quae ab ipso Christo effluunt, & quamdam similitudinem ipsius in se habent, ut dictum est. * Utebantur tamen in ueteri lege aliquibus uerbis, in his, quae ad cultum Dei pertinent, tam sacerdotes (qui erant sacramentorum illorum ministri, secundum illud Num. 6. Sic benedicetis filiis Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi dominus &c.) quam etiam illi, qui illis sacramentis utebantur, secundum illud Deut. 26. Profitor coram domino Deo tuo &c.

ARTICVLVS VII.
Vtrum requirantur determinata uerba in sacramentis.

AD SEPTIMUM sic proceditur. Videtur quod non requirantur determinata uerba in sacramentis. Vt enim Philo. * dicit, uoces non sunt eadem apud omnes: sed salus quae per sacramenta quaritur, est eadem apud omnes. ergo non requiruntur aliqua determinata uerba in sacramentis.

¶ 2. Praet. Verba requiruntur in sacramentis, in quantum sunt principaliter significativa, sicut dictum est: * sed contingit per diuersa uerba idem significari. ergo non requiruntur determinata uerba in sacramentis.

¶ 3. Praet. Corruptio cuiuslibet rei uariat eius speciem: sed quidam corrupte uerba proferunt, nec tamen hoc creditur sacramentorum effectus impediri: alioquin illiterati & balbi, qui ista sacramenta conferunt, frequenter defectum in sacramentis inducerent. ergo uidentur quod non requirantur in sacramentis determinata uerba.

SED CONTRA est, quod dominus determinata uerba protulit in consecratione sacramenti eucharistiae, dicens Matth. 26. Hoc est corpus meum: similiter etiam mandauit discipulis, ut sub determinata forma uerborum baptizarent, dicens Mat. ult. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

RESPON. Dicendum, quod, sicut dictum est, * in sacramentis uerba se habent per modum formae, res autem sensibiles per modum

Ar. 3. ad 1.

Lib. 19. c. 6. tom. 6.

In corp. art.

¶ Super Quaestione sexagesima Articuli septimum.

Titulus ut sonat. ¶ In corpore uerba conclusio: In sacramentis requiruntur determinata forma uerborum. Probatur: in sacramentis requiruntur determinatae res sensibiles, quae se habent, ut materia. ergo multo magis requiruntur determinatio uerborum quae se habent ut forma. Antecedens quo ad primam partem patet ex articulo. quo ad secundam ex 6. & hic reperitur. Consequenter probatur: quia principalis requiritur ad esse rei determinata forma, quam determinata materia. Probatur, quia in omnibus compositis ex materia & forma, principium determinationis est ex parte formae, quia est finis & terminus materiae, & materia determinata requiritur, ut sit proportionata determinate formae.

Ar. praed.

¶ In responsione ad secundum, aduerte quod doctrina praesentis litterae, scilicet quod in qualibet lingua, uox illa quae principalis & communis homines illius linguae utuntur ad illum actum significandum assumi debet in sacramentis, uera est, quantum est ex parte debiti usus uerborum: quoniam ad tantum mysterium

Ar. praed.

Tertia S. Thomae.

AA asterium

¶ 1. 2. 3. in Jo post med. 10. 9.

¶ 2. 4. 5.

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

¶ 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

In corp. art.

In corp. art.

terium non nisi principalia communioraque assumenda sunt verba. Cum hac tamen doctrina fiat, quod oppositum fiat, uel ex accommodatione usus, uel quia sacramenti forma non urget ad hoc. Quantum autem valeat contra communiatem & proprietatem linguarum accommodatio usus, testatur forma baptismi apud Latinos, dum dicitur, Ego te baptizo &c. baptizare enim Latina lingua neque principaliter, neque communiter significat abluere, ut patet, in tantum quod si quis diceret alteri baptiza hoc sydarjolum, aut non, aut uix intellexeretur. Et proculdubio dicere deberemus, Ego te abluo in nomine patris &c. quia tamen accommodatur ecclesiae Latinae usus uocabulum hoc ad significandum actum abluendi, qui in sacramento fit, illo utendum est, unde etiam mulieres in vulgari baptizantes, dicunt, [Io te baptizo.] Proinde enim diuina hinc ecclesiam suam doctam esse uoluit, quod quocumque uerbo accommodato ab uito ad significandum illud, utamur (etiam si alterius sit idiomatis) sacramentum perficitur; ita quod nec missio idiomati in eadem numero forma sacramenti, tollit perfectionem sacramenti.

Fract. fo. a med. rom. 9.

materia. In omnibus autem compositis ex materia & forma, principium determinationis est ex parte forma, quae est quodammodo finis & terminus materiae: & ideo principaliter requiritur ad esse rei determinata forma, & determinata materia; materia enim determinata requiritur, ut sit proportionata determinatae forma. Cum igitur in sacramentis requirantur determinatae res sensibiles, quae se habent in sacramentis sicut materia, multo magis requiritur in eis determinata forma uerborum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus * dicit super Ioan. uerbum operatur in sacramentis, non quia dicitur, id est, non secundum exteriorem sonum uocis: sed quia creditur, id est, secundum sensum uerborum, qui fide tenetur. Et hic quidem sensus est idem apud omnes, licet non eadem uoces sint, quantum ad sonum: & ideo cuiuscumque linguarum uerbis profertur talis sensus, perficitur sacramentum.

AD SECVNDVM dicendum, quod licet in qualibet lingua contingat diuersis uocibus idem significari, semper tamen aliqua illarum uocum est, quae principaliter & communius homines illius linguarum utuntur ad hoc significandum, & talis uox assumi debet in significatione sacramenti: sicut etiam inter res sensibiles illa assumitur ad significationem sacramenti, cuius usus est communior ad actum, per quem sacramenti effectus significatur: sicut aqua communius utuntur homines ad abluendum corporalem, per quam spiritalis ablutio significatur: & ideo aqua assumitur ut materia in baptismo,

in responsione ad illam personam solam, ex accommodatione usus non minus, quam perfecte sint omnes similes orationes: puta, do uobis hoc munus, uenite uos ad prandium mecum, &c. similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramenta, si persona recipiens sacramentum exprimeretur in nomine honorabili abstracto: puta si quis diceret, Ego abluo dominationem uestram a peccatis suis. Pro regula enim generali habendum est, quod quando oratio habet perfectam significationem ex accommodatione usus in ceteris locutionibus, sufficit ad sacramenti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est, quia operatio spiritalis in sacramentis sequitur significationem perfectam orationis sacramentalis, ac per hoc, ubi oratio habet suam significationem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quod oratio quae in qualibet materia communiter habet suam significationem perfectam, non perdit per-

fectionem suae significationis ex hoc, quod applicatur ad materiam sacramentalem, igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in alijs, ita & in sacramentis. Quia autem sacramenti forma non urget ad principaliter & communiter consueta uerba, si quis ex humilissimo libertate ueretur alijs uerbis, (puta dicendo, Ego te abluo in nomine patris &c. aut in sacramento eucharistiae, Iltud est, &c.) perfecta essent sacramenta: non enim de necessitate sacramenti sunt illa uoces, quibus communiter ecclesia utitur, sed illae uel alio loco illarum, idem significantes, quod illae. Sic enim intelligendum est determinatae exigi formam uerborum ad sacramenta. Sed sunt uoces illae quibus ecclesia utitur, de necessitate praecipue celebrat: ideo peccaret quisquis aduertenter uteretur alijs uocibus ab illis, quibus ecclesia sua consueuit uti in sacramentis. Vide haec non diximus, ut liceat cuique mutare uoces in sacramentis: sed ut si acciderit, noverint non esse iteranda sacramenta propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur quod dicimus, ex forma consecrationis sanguinis Christi, quae utitur ecclesia Latina: dicit enim, Hic est calix sanguinis. Vbi autem metaphorice sumitur calix, aut ponitur continens pro contento, ac per hoc ex utriusque uerborum seculi ad propriam significationem, non significatur conuersio uini in sanguinem, sed in calicem, quod est ridiculum. Attestatur enim per hoc Spiritus sanctus, quod sufficit ad sacramentorum perfectionem uerba, uel ex proprietate uel accommodatione uel significatione ueritatem sacramenti, quicquidque sint illa: nec esse de necessitate sacramenti communio in aliqua lingua uerba,

AD TERTIVM dicendum, quod ille, qui corrupte profert uerba sacramentalia, si hoc ex industria facit, non videtur intendere facere quod facit ecclesia, & ita non videtur perfici sacramentum: si autem hoc faciat ex errore uel lapsu linguarum, si sit tanta corruptio, quae omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum. Et hoc praecipue contingit, quando fit corruptio ex parte principij dictionis, puta si loco eius, quod est in nomine Patris, dicat, in nomine matris: si uero non totaliter auferatur sensus locutionis per huiusmodi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentum. Et hoc praecipue contingit, quando fit corruptio ex parte finis, puta si aliquis dicat in nomine patris & filias: quamuis enim huiusmodi uerba corrupte prolata, nihil significant ex uirtute impositionis: accipiuntur tamen ut signifiantia ex accommodatione usus: & ideo licet mutetur sonus sensibilis, remanet tamen idem sensus: quod autem dictum est, * de differentia corruptionis, circa principium uel finem dictionis, rationem habet: quia apud nos uariatio dictionis ex parte principij, mutat significationem: uariatio autem ex parte finis dictionis, ut plurimum mutat consignificationem; quae tamen apud graecos uariatur etiam secundum principium dictionis in declinationibus uerborum: magis tamen uidetur attendenda quantitas corruptionis: quia ex utraque parte potest esse tam parua, quod non auferat sensum uerborum: & tam magna, quod auferat: sed unum horum facilius accidit ex parte principij, & aliud ex parte finis.

In responsione ad tertium aduerte, quod, ut patet de cont. dist. 4. c. Remouent, Zacharias Papa determinauit fuisse baptismum illum, qui ob ignorantiam baptizantis, baptizatus est in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Vbi uides, quod corruptio fuit tanta, quod uariata est significatio nominum; nam patria non patrem, sed locum naturae significat: sed licet patria absolute aliud significet quam patrem: ut tamen est pars corrupte prolata huius orationis, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii &c. significasse patrem, iudicatum est, & sic oratio tota non mutat significationem. Et hoc ualde notandum est pro casibus occurrentibus incorrupte prolatis uerbis, circa alia sacramenta, uel ex festinatione, uel ex balbutiente lingua, uel aliquo alio accidente.

Supor